



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regulae Societatis Iesu

Angeli, Bernardo d'

Romae, 1616

De admittendis. Cap. IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](#)

Auctorieas Su-
periorum im-
mediatorum
tuenda.

De Idoneis
ad gubernan-
dum.

De Aptiori-
bus ad alia
ministr.

P. 8. c. 1. lit. E.
Neminem exi-
mat ab obe-
dientia Supc-
tiorum.

immediatorum in subditos, ita tamen, ut
constet posse omnes ad mediatos, recurrere;
ideo quicquid agendum, vel immutandum
erit, quod ad immediatorum officium perti-
neat, per eosdem fieri curabit.

29 Si quos ad gubernationem idoneos
iudicabit, curet de illis paulatim & negotijs
tractandis & domesticis ministerijs obeundis
experimentum sumere, ut & ipsi talenti ac-
cepti specimen dare, & Societatis officia eis
tuto committi possint.

30 Obseruet, si qui detineantur in mini-
sterijs aliquibus, qui magis idonei essent ad
alia: eam tamen habeat cuiusque rationem,
ut vniuersale bonum semper præferatur.

31 Neminem ab obedientia Superiorum
immediatorum inconsulto Generali eximat,
nisi periculum esset in mora, & tunc certio-
rem faciat Generalem de persona, & de cau-
sis propter quas eam exemerit.

De admittendis.

C A P. I V.

Par. 1. cap. 1.
Qui admittē-
di ad Societa-
cem.

32 E Os ad probationem per se, vel per alios
admittere poterit, quos ad institu-
tum nostrum idoneos in Domino iudicaue-
rit: cauebit tamen ne cuiusquam admissio,
iustum aliquam externorum offensionem,
aut

PROVINCIALIS 35

aut Societatis nocumentum pariat , quod cum ijs potissimum obseruandum erit , qui in scholis nostris instituuntur .

33 Attendat , ne nimij sint nostri in hominibus ad Societatem alliciendis , sed per virtutes , & bonæ vitæ odorem omnes ad Christum trahere studiose current .

34 Meminerit , quod inepta turba ad institutum nostrum admitti non debet , & obseruari faciat in hoc diligenter regulas officij Examinatoris .

35 Quod ad prima quinque impedimenta attinet , et si Societas in nullo eorum dispensare potest , si tamen in eo qui admitti petit dona aliqua Dei illustriora cernerentur , Generalem admoneat : quod si de eiusmodi impedimentis dubitaret , ad eundem recurrat .

36 In secundarijs impedimentis dispensandi facultatem habebit , præterquam in deformitate magna aut defectu insigni , quam habent Eunuchi , & in ætate infra 15 . & ultra 50 . expletos annos , & in coniugatis etiam in casu , in quo non est impedimentum essentiale .

37 Poterit in casu aliquo anteponere , & postponere aliqua ex sex experimentis , ea que moderari , & alia in alia permutare , dummodo biennio , & bene probentur Novitij : quod etiam tempus prorogare poterit ,

Quomodo ad
eam alliciendi

P. 10. §. 7.
Inepti non ad
mittendi .

In Ex c. 2. § 6
lit. D. et p. 1.
c. 3. lit. G.
Qui d agendū
cum impedi-
tis .

P. 1. c. 3. §. 9.
lit H.
Quando dis-
pensare potest
cum illis .

In Ex. c. 4. §. 9
Experimenta
anteponere ,
etc.
Can. 1. Cōg. 2
In Ex. c. 4. §.

C 2 si opus 43.

Can. I. Cōg. 2 si opus esse iudicauerit.

Dispensare cū
Nouitijs cir-
ca studia .

38. Poterit etiam cum Nouitijs in se-
cundo anno probationis circa studia dispen-
sare , habita ratione personarum , locorum ,
& temporum , prout expedire in Domino iu-
dicabit . Ij vero cum quibus dispensauerit ,
extra domum probationis , & seorsum à Col-
legialibus esse debebunt , sub cura alicuius
Sacerdotis ab ipso constituti , qui vicem
Magistri Nouitiorum gerat ; eiusque regu-
las , & examinatoris habeat ; ex quibus ea
seruabuntur , quæ commode seruari possunt .
Cuiusmodi erit , vt per dimidiam horam ves-
peri orent ; sed ijs tantum diebus , quibus à
studijs vacauerint .

P. I. C. 2. §. 1. et
p. 4. c. 3. § 2. et
in 1. Cong. tit.
6. d. 24.
Coadiutotum
numerus .

39. Coadiutores temporales plures esse
non debent , quam qui necessarij sint ad sub-
leuandas Domos , vel Collegia in rebus , qui-
bus occupari Sacerdotes , & Scholastici non
possunt , sine detimento maioris boni .

De mittendis.

C A P. V.

P. 2. c. 1. lit. C
Dimittere No
uitios potest .

40. **F**acultatem habet dimittendi eos ,
qui in prima , & secunda proba-
tione ante , & post emissâ vota versantur ; ni-
si à Præposito Generali in illius prouinciam
destinati , vel de Societate ipsi tam beneme-
riti